



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118642**

§. 71. Generalia Regni comitia Blesis a Rege indicta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

„cludet, unitoque cum benedictione  
 „Apostolica sceptro efficiet, ut Ordines  
 „se Sacrae Sedi subjiciant, abolitis sine  
 „conditione, & modo *Ecclesiae Gallica-*  
 „*nae privilegiis, ac libertatibus*, quod se  
 „ante omnia facturum fide Sacramento  
 „adacta pollicebitur. „

Saecul. XVI.  
 A. C. 1576.

Hunc libellum David Pelleveo Car-  
 dinali studiosissimo Guisiorum fautori,  
 qui rem in secreto tenebat, tradidit:  
 cum autem David in Franciam rever-  
 surus in itinere moreretur, hujus libel-  
 li exemplar penes ipsum reperiebatur,  
 quod in Protestantium manus incidens  
 ab iis paulo post typis vulgatum est (\*).

§. LXXI.

*Generalia Regni comitia Blesis a Rege  
 indicta.*

Rex cum in nupero pacificationis de-  
 creto comitia habere promississet, &  
 Calvinistae libellis supplicibus, quos ite-  
 rato porrigebant, ejusmodi conventum  
 importunius exigerent, hinc idem Gallia-  
 rum Rex generalia comitia, de quibus  
 in praefato libello mentio facta est, Blesis  
 indixit, datis hanc in rem regiis lite-  
 ris die decima sexta Mensis Augusti,  
 ita tamen, ut huic congressui non nisi  
 Mense

Thuan. &  
 Avila l. c.

(\*). Verius dixisset: ab iis paulo post nequi-  
 ter confictum est.

Sæcul. XVI. A. C. 1576. Mense Novembri ad medium vergente initium daretur: die autem quarta ejusdem Mensis Rex ad omnes Provinciarum Gubernatores perscribens eisdem suum ad pacem animum omnino propensum testificabatur, declarans, quod propterea unacum Regina Matre sua, & Alenfonio Duce Fratre suo Blefas contenderet

## §. LXXII.

*Initia generalium comitiorum.*

*Bodin journ. des etas de Blois. Thuan. & Avila l. c.* **Q**uamprimum Rex Blefas venerat, ex Regni Ordinibus quibus ad Oratorum suorum, qui ibidem verba facerent, electionem procedebat, ac quidem Ordini Ecclesiastico, qui Petrum Spinacum Lugdunensem Archiepiscopum selegerat, Ecclesia sancti Salvatoris assignabatur: Nobilium vero Ordo in Palatio congregatus nominabat Nicolaum Baufremontium Senecaji Baronem, denique plebæjus Ordo in urbis prætorio convenerat, Præsidem constituens Petrum Verforium celebrem Parisiensis Senatus Advocatum. Postea, ut Dei auxilium pro hoc conventu imploraretur, jejunium, solemnisque supplicatio decernebatur, ac demum die sexta Decembris in arcis aula comitiis dabatur initium, ubi Rex in sublimi folio sedens universa aula, ac trium Ordinum Deputatis